

1721.

1. Alberti, Michael: De metallicorum nonnullis morbis.
- 2^a, ^{b, c, d, g} = Boechmerus, Frits Henning: De statu liberorum sui juris factorum per separationem vel nuptias. 4 Sempl. 1721
1738.
- 3^a, ^{a, b} = Boechmerus, Frits Henning: De jure et onere recipiendi ecclesiarum. 2 Sempl.
- 4^a, ^{b, c} = Boechmerus, Frits Henning: De natura statutum, quae in civitatibus provinciaribus continentur, quomodo obligandi principis 4 Sempl. 1720, 1739, 1760.
- 5^a, ^{b, c} = Boechmerus, Frits Henning: De poena sine criminali. 3 Sempl. 1724, 1728, 1736.
- 6^a, ^{b, c, d, e} = Boechmerus, Frits Henning: De querela inofficiosi fratrum consanguineorum. 5 Sempl. 1720, 1723, 1732, 1739.
7. Coschütz, Georg. Daniel: De circumscripta utilitate et necessitate venesectionis in inflammationibus.
8. Coschütz, Georg. Daniel: De festinatione stationis in infestatione.



9. Gruber, Jo. Daniel: Σ xedoxa historiam et genealogiam
 de Innocentio XIII pontifice maximo . . .
 seu civibus Ferdinacianae . . . scholas suas literas
 deat rem euptaque
10. Gumbinger, Nic. Hieronymus: De principe herede
 ex testamento civium.
- 11^{a et b} Heinzeius, Jo. Goll: De navibus ob mercium militarium
 vecturam communis. 2 Sampl. 1721 & 1740.
12. Hoffmannus, Fredericus: De hepatis inflammatione
 vera rarissima, spuria frequentissima
13. Hoffmannus, Fredericus: Dissertationis in ang. medica, sistens
 vultubinarium virginale.
14. Hoffmannus, Fredericus: De medicina emetica et purgante
 praestitans venues.
15. Horn, Jacobus: De officio medici.
- 16^{a et b} Knozias, Constant. Gollieb: De differentia juris
 Romani et Germanici in utilitate adoptiva
 2 Sampl. 1721 & 1745.

e
l
u
s
s
u
ate



FLORIAN

NEUL

MICHAEL ALBERT

PRO LICENTIA

STIANA



[Faint, illegible handwriting on aged paper]



22

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE

12502
④

PRÆSERVAN-
DIS METALLICOLA-
RUM MORBIS,

1729, 1d

QUAM
PROPITIO NUMINE DIVINO

ET
GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE

DN. D. MICHAELE ALBERTI,
POTENTISS. REGIS BORUSSIÆ CONSILIAR. AULICO, MEDI-
CINÆ ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ACA-
DEM. CÆSAR. NAT. CURIOS. COLLEGA,
FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,
PATRONO, PRÆCEPTORE AC PROMOTORE SUO
CUM HONORIS CULTU PROSEQUENDO,

PRO GRADU DOCTORALI,

Summisque in arte Medica Honoribus, Insignibus ac Privilegiis
More Majorum solenni obtinendis,

Haris ante & pomeridianis Die Aug. MDCCXXI.

Publicæ ventilationi submittet

JOHANNES GOTTLIEB NEUMANN,
FREYBERGA - MISNICUS.

HALÆ MAGDEBVRGICAE,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1721.



DISSEPTATIO INAUGURALIS MEDICA

PRÆSESER VAN-
DIS METALLICOLA-

ROM MORBIS

PROPTIO IN LINE DIVINO

GRATIOSA FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU

DR. D. MICHAELIS ALBERTI

POTENTISSIMUS...
GME ET HINC...
DIRECTIONE...
PAGULI...
PARRONO...
CUM HONORI...
PRO GRADU DOCTORALII

Summius in...
Mose...
MDCCXXI

JOHANNES GOTTLIEB NEUMANN

REYBERGA-MISNICA

HAARE MADENBERGICAE

Typis Christiani Henckelii, Acad. Typogr. imp.



VIRIS

ANTIQUITATE GENERIS, GLORIA
MAJORUM, SPLENDORE NOMINUM, DIGNITA
TE OFFICIORUM, COPIA VIRTUTUM, ET MAGNI
FICIENTIA AUTHORITATIS FULGENTIBUS AC
CELEBRIBUS,

ILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS, EXCELLEN
TISSIMIS, CONSULTISSIMIS ET PRUDENTIS
SIMIS DOMINIS,

DOMINO

CHRISTOPHERO

DIETERICO VIEZTHVM

DE ECKSTÆDT, HOETHAYN,
DEULA ET MEDINGIN,

REGIÆ MAJESTATIS POLONIARUM ET ELE
CTORIS SAXONICI CONSILIARIO SPECTA
TISSIMO,

REI METALLICÆ PER SAXONIAM PRÆSIDI
SUMMO,

TRACTUS MONTANI CAPITANEO MERITISSIMO
PERITISSIMO, FIDELISSIMO, SPLENDIDIS
SIMOQUE.


UT ET
DOMINO
CAROLO CHRISTIA-
NO DE TETTAU
DE HEYDENAU ET MÜGELN

POTENTISSIMI SERENISSIMIQUE POLONIARUM
REGIS AC ELECTORIS SAXONIÆ CONSILIARIO
DEXTERRIMO CELEBERRI-
MOQUE

REI METALLICÆ PER SAXONIAM PRÆFECTUI
VIGILANTISSIMO

TRACTUS MONTANI CAPITANEO SPECTATISSIMO,
MERITISSIMO, PRUDENTISSI-
MOQUE.

Mæcenatibus summis ac Dominis gratiosiss.



Antiquus ille mos, qui a multis inclaruit ævis, quo Scripta publica bonarum Scientiarum & artium Protectoribus ac Patronis, Sapientia & Virtute fulgentibus, nec non in eximio authoritatis & dignitatis Fastigio

positis inscribantur & consecrentur, animum & fiduciam accendit, ut tantos Viros, tantove Musarum Promotores ac Mæcenates publica hac pagella humili & obsequiola mente, licet tenui calamo, compellem: Quantum enim Vestro Patrocinio, Gratia ac Benevolentia debeam, quantum etiam Illustribus Nominibus Vestris addictus sim, vix paucis lineolis declarare potero: quare non tam temeritatis quam obsequiosa & integra Venerationis symbolum est, quando præsentem inauguralem meam dissertationem in compta rudive Minerva conscriptam **VOBIS, DOMINI GRATIOSI** offerre & dedicare non sum veritus: Quid enim conatibus meis utilius, quidve splendidius addi posset, quam si præter Omnipotentem Deum Vos & autoritate & sapientia & dexteritate fulgentissimos probatissimosque **VIROS** ut **PATRONOS & PROTECTORES** devoto animo & anhelante Corde ad honestorum meorum conatum accrementum & fulcrum inquiri, exopto & efflagito. Accipite itaque annuente vultu & gratioso animo, hanc, quam **VOBIS** consecro, tesseram, meaque conamina in **ARTE MEDICA ET CHIRURGICA**, cui per aliquot annos in Inclyta Fridericiana, quantum per
Dei

Dei Gratiam potui omnibus viribus & tota mentis applicatione operam dedi, Patrocinio, Tutela & Promotione beate haud dedignamini: Deus, qui Fons est omnium gratiæ & bonitatis & **ILLUSTRIBUS PERSONIS & GENEROSISSIMIS FAMILIIS VESTRIS** cum tota Inclyta stirpe perpetua Clementia, Prosperitate, salubritate animi corporisque integritate, omniumque cœlestium & terrenarum felicitatum incremento adsistat, **VOSQUE** in æternum beatos esse faciat; jubeat, concedat, ita me devotis precibus gratiæ & Patrocinio **VESTRO** indefinente commendo, qui Deo aspirante emorior

ILLUSTRIUM ET GENEROSISSIMORUM NOMINUM VESTRORUM

*Mæcenates optimi Domini
gratiosi*

Obsequiosus Cultor

JOHANNES GOTTLIEB NEUMANN.



PROOEMIUM.



Fragilitatem, instabili-

tatem & volubilitatem rerum naturalium agnoscere & demonstrare haud arduum opus est, siquidem illarum vicissitudines & qualitates harum rerum vel levi attentione perlustratae & observatae mox eminentem

vanitatem indicant atque produunt; & hoc thema licet diffusissimum sit, tamen merito in specialissimis subjectis & praedicatis cum eximio fructu indagatur & explicatur: quare missis aliis remotioribus inquisitionibus ad hominem & illius animalem vitam animum nostrum dirigere placet, in qua omnia naturalia requisita ita comparata esse deprehendimus, ut illa adminicula, quae ad vitam contribuere debent, etiam ad jacturam vitae aut mortem disponere observentur, quo ipso phaenomeno canon ille philosophorum, quasi contraria non possint esse simul in uno eodemque subjecto, non parum infringitur; hinc nonnulli lemma illud ad vitam applicarunt *quiescit in motu* per contradictoriam assertionem aut uti

A 2

Hu-

Hugo Victorinus elocutus est dum vires, paller: quo pertinet elegans ille locus Greg. Nazianzeni orat. 20. p. 118. Vita & mors tametsi plurimum inter se dissidere videantur, inter se tamen quodammodo immeant, atque altera in alterius locum subit: illa enim a corruptione matris nostrae incipiens, ac per corruptionem, hoc est perpetuum ejus quod praesens est excessum, gradiens, in corruptionem tandem, hoc est in hujus vitae finem desinit: haec autem quae praesentibus malis liberat, atque etiam saepe ad supernam vitam iraducit, haud scio an proprie mors appellari queat, utpote nomine magis, quam re formidabilis: atque absurde quodammodo & praepostere affecti esse videmur, qui ea, quae minime horrenda sunt, eximemus, quae autem metuenda sunt, ut optabiliora, complectimur: cum quo asserto Seneca aliique Stoicæ Philosophiæ sectatores admodum consentiunt: sunt itaque vita & mors contubernales & una alterius imago est: quod si enim vitae requisita penitus examinemus, tunc multa conjuncta esse praedicavimus, quae mortem invitant: ita enim sub perpetua perniciosarum materialium remotione novae generantur, sub utilium materialium praeparatione inutiles simul adfociantur & in intimiora corporis vehuntur; quaecunque materiae ad corporis conservationem contribuunt, illae etiam illius destructionem causantur, quicquid de spiritus ascensu sanguinis praedicatur, illud simul implicate hanc qualitatem subintelligit, per quam promptius & citius corpus ad corruptionem disponitur, quare Hippocrates athleticum statum tam suspectum depingit, nam qui ad summum integritatis fastigium pertigit, ille propter rerum humanarum instantiam reverti & in viliores retrocedere

ne-

neceſſe habet: ita etiam ſanguis, qui fuit optimus, peſſimam & pro putredine cauſanda aptiſſimam conſtituit materiam: proinde alii ſucci, conſtitutione ſua optimi, adeo tandem in corpore degenerant, ut proxima egeſtione indigeant: aër, ſine quo in ordinaria naturali vita homo in lucem editus vivere haud poteſt, cauſam denique conſtituit, per quam corpus humanum morti ſubjicitur; motus, qui mixtionis integritatem promoveri debent, eandem etiam diſſolvere adjuvant, hinc vita animalis eſt imago mortis: & ita etiam cum reliquis rebus naturalibus comparatum eſt, dum illæ æque obſunt ac profunt, ex quibus variæ etiam per ſiniſtrum uſum aut actuale abuſum evidentem noxam afferunt: quo loco reminſcitur illius judicii *Thom. Campanelle de Monarch. Hiſpan. c. 16. melius fuiſſet, divitiæ mundi novi non fuiſſe inventas: mundum enim novum perdiſſe viderem, mentibus hominum avaritiam inferendo & mutuum amorem inter homines extinguendo propter auri amorem, quod produxerit magnam inæqualitatem inter homines, reddens alios nimium divites unde inſolentia, vel alios pauperes, unde avaritia & larrocinia: quod hoc loco de Auro dictum eſt, id ſane valet de plurimis Metallis, quæ propterea ſapientiſſimus creator in intima terræ viſcera abſcondidit, quo operoſa & periculofa illorum inquiſitio, protractio & præparatio homines quantisper detineat, ne nimia cupiditate in eadem ferantur & cum illorum largiori poſſeſſione plus ſibi noceant, quam proficiant: aſt ne de noxia metallorum applicatione multa verba faciamus, cum viciffim ſalutaris illorum uſus aſſatim conſtet, id tantum in mentem noſtram incidit, quantum*

laboris, difficultatis, periculi & damni metallorum comparatio involvat, quo deinde cum licito, honesto & necessario fructu atque utilitate adhiberi queant; quare minime de perverso metallorum usu loquimur, sed illud in memoriam revocamus, quot non hominum myriades à condito mundo sub & ex preparatione metallorum vitam & sanitatem perdididerint; unde facile liquet, quantum incommodum hoc commodum committetur & quomodo sub hoc negotio comparandi media & adminicula, quæ in emolumentum vitæ humanæ converti possunt, multi ad mortem properent: exinde vero haud difficulter rerum humanarum & ad vitam naturalem spectantium vanitas & volubilitas inclarescit: sic vita & mors inter se conspirant & una alteram iterum promovet, quemadmodum vix arduum esset demonstrare, quomodo multorum subjectorum interitus, putredo & mors, aliorum vicissim vitam & durationem promoveat, quæ paradoxa assertio tamen exquisitè endoxa est: unde in naturalibus idem contingit, ut varia quæ mortem parere videntur, vitam confirmant & quæ longævitate comparare nonnunquam dicuntur, interitum promoveant, sic sæpe corruptio fit causa generationis & generatio futuram corruptionem invitat: & simile paradoxum in regno gratiæ professus est Salvator *Matth. 16. v. 25. qui voluerit servare animam suam perdet eam, & qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.* Interim multi rerum humanarum vicissitudinem & inconstantiam cum illo Terentiano dicterio conspire malunt: *Hecyra Act. 5. sc. 3. multa ex quo fuerint commoda, illorum incommoda æquum est ferre: nos hoc loco*

co in Metallorum semel cepto succincto scrutinio subsistimus, insuperque indicamus, quod Metallorum diversa præparatio ad diversos morbos disponat, adeoque multiplici ratione vitæ & sanitati inimica sit; interim ne multi homines vitam & sanitatem perdant, hoc periculum in se suscipiunt & Metallorum præparacioni operam studiumque applicant: & ne ejusmodi homines, qui vitam suam in discrimen offerunt, omni consilio deserantur, e re & charitatis officio esse nobis videtur, quo nonnulla monita & cautelæ ipsis suppeditentur, quibus imminetia pericula & vitæ atque sanitatis damna quadantenus averti queant: & ita etiam nos impresentiarum tentabimus Inaugurali hoc themate **DE PRÆSERVANDIS METALLICOLARUM MORBIS** brevibus disserere: Adspiret, ut devota mente precamur, nobis ad hoc propositum divina clementia, quo conatus nostri bene cedant.

§. I.

Metallicolarum morbos aut curare aut præservare vel-
le, utrumque arduum est negotium; quod enim
Curationem attinet, tunc plurimi horum morbo-
rum, quando confirmati sunt, incurabiles existunt, i. e. è
fundamento extirpari haud possunt; interim singuli tales
morbi aliqualem medelam admittunt & interdum quoad ve-
bementiorem suum progressum ac precipitem funestum e-
ventum mitiorem correctionem subeunt: quod verò præsentia
hoc themate non de Metallicolarum morbis curandis disserere
proposuerimus, illa nos permovet ratio, quoniam in foro
medico & reliqua humana vita longe magis accepta, efficax
& probata illa operatio est, qua morbi metuendi & immi-
nen-

mentes tempeſtively preoccupantur, ne deleteriam ſuam effi-
ciaciam actu exferant, hinc prudens illa regula innotuit
principiis obſta! & hic tanto magis gratus & deſideratus il-
 lis eſt actus, qui inevitabili quadam naturali *neceſſitate* &
 cauſarum, quibus ſubjecti ſunt *activitate*, arduos tales mor-
 bos *metuunt*, ut propterea ab illis magis *praſervari*, quam
 curari malint: & quamvis praſervatio nonnunquam per-
 inde *difficilibus* circumſtantiis obnoxia ſit, ut vix facile cir-
 cumſpectus artifex certum *ſalutarem* ſucceſſum de tali praſ-
 ſervatione promittere queat, tamen in tam periculoſo caſu
 & *intricato* ſtatu *hujus* vitae generis, non penitus afflictos de-
 ferere, ſed iisdem omni *conſilio* & *auxilio* adſiſtere decet,
 quo ad minimum *praecipis*, *praematura* & *impetuoſa* horum
 morborum invaſio praſcindatur & ita *occafio* praebetur,
 quo ſub aliquali vitae & ſanitatis duratione *hujus* ſortis ho-
 mines adhuc *aliquandiu* negotiis ſuis incumbere poſſint:
 per *Metallicolas* itaque intelligimus ejuſmodi homines,
 qui in *illis* locis, ubi *Metalla* velut in prima ſua culina tra-
 ctantur, illis *effodiendis*, qualitercunque *praeparandis* &
fundendis operam dant: quo loco ſeorſim nominandi ſunt
 illi, qui in *inimioris* montis locis in *Stollen* metallis *effo-*
diendis operam dant; deinde qui mineris ab *adherentibus*
 ſterilibus terris *ſeparandis* & *abluendis* in *Scheide*, *Stuben*
 und *Waſchen* indulgent, ad quas operationes prioris clas-
 ſis ut plurimum *puerilis* aetatis ſubjecta adplicantur, licet
 ad *contundendas* mineras *natu* & *vigore* majores homines ad-
 habeantur: huc pertinent illi operatores, qui circa *cribra-*
iones & *contuſiones* minerarum occupantur bey den *Queſ-*
ſchen, *Schleunen*, *Waſchen*, *Pauchen* oder *Bochen* der *Erze*,
 ut & illi, qui in *cremandis*, *uſtulantibus*, *fundendis* mineris
 & *repurgandis* furnis laborem impendunt bey den *Roſten*,
Schmelzen, *Satgern* und *Ausbrechung* oder *Reinigung* der *De-*
ſen: qui ſinguli diverſae aetatis, & variantis *ſexus* atque
temperamenti homines in *metallurgicis* negotiis occupati,
 pro-

prout variis & ex parte quoad operationes *discrepantibus* morbis obnoxii sunt, ita *preservatione* tali indigent: exinde vero etiam liquet, quod in hisce morbis Metallicolarum observandis major respectus ad *causas externas* instituentus & quod in illis *preservandis* ad hasce causas *primario* studio attendendum sit, licet subinde *futuri* morbi quoad *temperamentum* ex parte discrepantes, in *preservatoria* methodo *specialissimam* talem annotationem mereantur: ubi tamen negandum non est, quod Metallicolarum *temperamenta* mox in *junioribus* ætate sub *diversis* tractationibus minerariis satis eximiam *alterationem* patientur: interim neque illa circumstantia oblivioni tradenda est, quod *specialia* temperamenta ad Metallicolarum *morbos* specialia etiam *incitamenta* suppeditare soleant, quod precipue in *Sanguineo* (quod tamen inter metallicolas comparative rarius temperamentum est,) & *Cholerico* temperamento occurrere solet, quales observationes ad *preservandos* morbos metallicolarum non parum lucis affundunt.

¶ Est itaque cum Metallicolis res ita comparata, ut non modo per aliquam *necessitatem* sub metallorum tractatione *periculis* diversis, *vitam* & *sanitatem* concernentibus, se exponere *teneantur*, sed & vix *aliam* vitæ suæ exitum expectare possint, quam *majorum* & *antecessorum* suorum: de quibus illud valet quod *Seneca Ep. 82.* dixit: *quid dux ille Romanus* (ubi notæ variorum addunt, *Q. Cæditius*, opinor, *qui CCC. milites duxit in montem, per medios hostium cuneos*) *qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic allocutus est: ire commilitones illo necesse est; unde redire non est necesse: ita Metallicolæ ire debent & negotiis suis fungi, an vero diu cum integra sanitate redeant, vix adeo necessarium videri possit, id quod tamen omnino ipsis optandum & si fieri*

B

posset,

posset, omni industria ac studio procurandum esset: interim hæc *morbide* afflictiones *inevitabile* accidens operationum & tractationum *metallicarum* sunt: & horum morborum *diverse species* occurrunt, quæ nituntur circumstantiis illis *specialioribus* secundum *diversas operationes* metallicas discrepantibus: quare præstat in hac *preservatione* rite instituenda & exercenda *exactam* notitiam comparare de morborum *specie, indole, sede, gravitate, causis* &c. quibus *Metallicolæ successive* subjiciuntur, quo hisce circumstantiis *preservatoria* methodo *dextere* tractandis prudens & peritus artifex operam dare debeat queatque: imminent itaque hominibus mox à *venenis*, qui huic negotio se applicant, *tales* morbi, unde è *junioribus* annis iudem ad *futuras* has afflictiones disponuntur: & quod adhuc magis est, communicatur per *hereditatem* a parentibus, qui *salibus* morbis laborant & opprimuntur, dispositio ad *faciliorem* & citiorem horum morborum invasionem in infantes, ut huc plus quadret illud *Hippocratis* effatum, quod *totus homo a natiuitate morbus sit*: quare *Metallicolæ* probe sciunt, quomodo ipsos in hoc vitæ genere *varii* morbi, multæ *passiones*, *diversæ* miseræ, multiplicita pericula, quotidiani casus *tragici*, sub terra in fodinibus & supra terram, imo denique *prematuro* mors *exspectent* & *invitent*: quoniam vero hoc vitæ genus *mutare* non debent, neque ob metum futurorum de præsentis *fame* perire malint, vix melius consilium, quod *anime* illorum proficuum est, dare possumus, quam ut toto corde *divinæ* providentiæ & misericordiæ sese consecrent & licet indies *mortem ad fores* expectantem observent, tamen cum *Apostolo Evangelico* spiritu & veritate eloqui valeant 2 *Cor. 5. v. 1. Scimus quod si domicilium nostrum, quod est in terra hac, corporis dissolvatur, nihilominus est nobis edificatio, quæ a Deo est, domicilium quod non est factum manibus, in celo perpetuum: v. 2. nam etiam propter hoc ingemiscimus & concupisci-*

capiscimus ut induamus domicilium nostrum, quod est è caelo. proinde sub omni arduo & periculoso suo labore cogitent, quæ sunt superna & non quæ sunt in terra Coloss. 3. v. 2. id quod fieri potest, licet Metallicolæ in intimis terræ tractibus fuerint, quia Deus omnipræsens est, juxta illud Psalmistæ Ps. 139. v. 8. si scanderem caelos, illic es; aut stratum ponerem in sepulchro, ecce ades. seqq.

§. III.

Ast quando de præservandis Metallicolarum morbis agere constituimus, tunc nonnulla præmittere placuit; ne frustraneum opus aggredi videamur, etenim dum causæ ad diversos morbos in re metallurgica disponentes non evitantur, vix facile promittenda aut speranda erit absoluta præservatio & dum homines in puerili ætate mox ad minerarum tractationes applicantur & in hypocausta separatoria ducuntur, in die Scheide-Stuben, Erke zu scheiden, ita mox in tenera hac ætate efficacius ad morbos disponuntur, imo jam propter hos labores ægrotare incipiunt, ut mox indicabimus: proinde hæc præservatio illo respectu frustranea & supervacanea videri posset, quoniam raro metallicolæ seram ætatem & senectutem attingunt & infrequentius quinquagesimum annum hodiernum superant: quidquod frequenter ante quadragesimum aut intra hunc & quinquagesimum annum moriantur: quæ vero momenta cum ita constituta sint, nihilominus stantibus hisce circumstantiis tamen aliqualem præservationis usum admittunt; neque etiam absolutam talem præservatoriam methodum præscribere cogitamus; id modo intendimus, pro ut in antecedentibus præmonere placuit, quo salutaria quædam consilia & auxilia subministremus, ne morbi, Metallicolis familiares, tam subito ingruant, tam immoderate procedant & tam repente ad funestum eventum properent, sed quo in qualibet tali circumstantia leniorem indolem offerant: deinde etiam abunde constat, quomodo Metall-

colæ bonis monitis auscultantes aliosque rerum nonnatura-
 raliū abusus vitantes, tamen sub reliqua eximia propen-
 sione in morbos, paulo plus vitæ & sanitatis suæ integritati
 consulant, cum vicissim illi qui laxius & negligentius vi-
 vunt, non modo citius & certius in morbos incidunt, sed &
 tanto certius, facilius & citius in illis succumbant & pereant:
 quæ ipsa animadversio mox in limine nostræ tractationis
 commendanda est, cum constet, quam duram hominum
 classem constituat Metallicolarum cohors & quam prom-
 pte sub reliquo duro suo negotio & vitæ genere in omnem
 intemperantiam & negligentio rem vitæ suæ æstimationem
 delabantur & multi forte idem sentiant, quod in Libro
 Sapientie cap. 2, v. 1. & 6. extat: *dixerunt enim apud se ip-
 sos ratiocinantes improbe, brevis & molesta est vita nostra,
 neque remedium est adversus mortem humanam, neque cog-
 nitus est ullus, qui ab inferis revertetur: agite ergo, fruamur
 presentibus bonis & possessione hac tanquam in juventute
 utamur studiose*: aut uti Apostolus 1 Cor. 15. v. 32. ex E-
 saia 22. v. 13. eloquitur: *Φάγομεν & πίνομεν ἀγνοοῦντες τὸ
 βῆρον ἡμῶν*: ne itaque tanta procacitate & iniquitate morbis
 & morti sese subiciant, monendi omnino & de eo certio-
 res reddendi sunt, quod Deo benedicente aliqualis præ-
 servatio ad usum Metallicolarum inveniri, dirigi & appli-
 cari queat, ne ex propria procaci culpa animam & corpus
 perdentes, cum diutius hac vita frui & negotiis suis de-
 fungi potuerint, eo majorem rationem Deo reddere tene-
 antur, neve eo ipso iudicium de se ferendum eo rigorosius
 & gravius caesentur: quare de ipsorum vita naturali & spi-
 rituali agitur: haud vero subinde nostrum propositum est
 de singulis Metallicolarum morbis præservandis agere, sed
 cum nobis solum Specimen edendum, incumbat, ita forte
 in eo debito nostro officio satisfacimus, si de nonnullorum
 & quidem fonticorum & principalium morborum præser-
 vatione brevi, attamen fundamentali, deductione mentem

nostram declaraverimus: cum enim res metallicæ admodum differant & subinde diversarum minerarum tractationes ad diversas & multiplices agrotationes disponant, ita in nonnullis talibus considerationibus acquiescemus.

§. IV.

Priusquam vero hanc Præservationem proponamus, ordo requirit, quo nonnullos morbos horumque causas recenseamus, a quibus metallicæ præservari, aut quales causæ tempestivè subjugari & enervari debeant, quibus contemplationibus deinde Præservatio subnectenda erit: exordimur itaque cum illa minerarum tractatione, quæ puerulis & alibi etiam puellis committitur, quando effossas mineras in tabernis suis separatoriis ab adherente terra montosa & inutili repurgare tenentur, aut quando alia sterilis terra utili metallo adhaeret, tunc ejusmodi minera in Gesten malleis separatur aut contusoriis machinis & officinis submittitur ac eluitur: sub hisce operationibus copiosa, pulverulenta fragmenta subtilia metallicæ æque ac alia partim intra pulmones inspirantur, partim in ventriculum recipiuntur: hæc materia in hisce locis varia incommoda parit & quidem pulmonum cellulas deobstruit, subinde vero pulmones vellicat, hinc oriuntur rusciculosæ commotiones & largiores affluxus humorum intra pulmones, expectoratio etiam connexa cum tali inspirata materia commixta est: intra nares excepta talis materia perinde varias turbas causatur & negotium secretionis & excretionis ad & per nares perficiendæ pervertit, modo suspectam acrem coryzam, modo obstructionem narium, modo incommodas sfermulationes, modo capitis dolores causatur: inde etiam evenit, ut reliquæ excretiones ordinaria seri alterentur & ratione ordinis ac quantitatis varias anomalias patiantur: interim adhuc contingit, ut nonnulla subjecta hujus inspirationis assuetudinem nanciscantur, adeoque unum præ altero plus aut minus hæc incommoda patiantur: porro non pauca quantitas

hujus sabuli *subtilioris* limoso metallici in *ventriculum* per-
tingit, huncque vario modo affligit, dum partim debitam
coctionem impedit, partim chylum *inquinat*, inde *mali succi*
generantur & in hac tenera ætate mox *dyscrassa* sanguinis
conciliatur, quare ipse conspectus talium hominum *palli-*
du & *morbidus* est: subinde variæ afflictiones è *ventriculo*
emergunt, maxime vomibunde illæ & *cardialgicæ* molestiæ
das so genannte übel seyn, oder Ubsichkeit, quæ sunt afflictio-
nes *cardialgico-tipochymicæ*: superveniunt non raro *actu-*
ales vomitus cum quibus evacuatür materia *ponderosa ter-*
restis plumbei coloris, tanquam *collestantea* illa, quæ in ven-
triculum ex hac *minerarum* tractatione translata fuerit, si-
quidem *salutari* studio *natura* ventriculum ab hac saburra,
concoctionem *turbante*, chylum *inquinante* & simul mole-
stius *stimulante* & onerante, liberat; si vero status vitæ in
deterius ruit, tunc non raro ante obitum vomitus corripit,
quo cum *nigricans* materia evacuatür: quando porro *con-*
stanter & denuo talis materia post prægressum *miriorem*
vomitus ingeritur, tunc liberæ & *legitimæ* actiones *vita-*
les graviter *turbantur*, succi *constanter prævi* generantur
& ad diversam *cacochymicæ* speciem, non exclusâ etiam pro
diverso circumstantiarum concursu *scorbutica* inquinatio-
ne, ansâ præbetur: deinde reliquæ functiones *excretorie*
non parùm *invertuntur*, ut, dum cum *frequentiori* hujus
saburæ evomitione *natura* occupata est, *alvi* liberatio
inconstans sit, modo *stricta*, modo *sicca* & modo in dolori-
ficam *diarrhæam* mutata: interdum affligunt *colicæ tormi-*
nosæ molestiæ, quæ frustra semper vermibus imputantur,
cum ad hujus *saburæ*, quæ in *intestinorum* tractum pene-
travit, eliminationem contendant: interdum in subjectis
hujus ætatis ob *irregularem alvi* evacuationem abdomen
intumescit & indurescit & ab hac ingesta materia ad di-
versam ægrotationem occasio subministratur; siquidem
hæc *terrestis* materia, quando *humoribus* intermiscetur,

eò citius sub reliqua vili & *cruda* diætâ ad singulorum hu-
 morum *inpiſſationem* & quarumvis *excretionum difficiliorem*
 progressionem & diversos *tumores* disponit, ſiquidem de-
 nique circa *articulationes* ſuſpectæ intumeſcentiæ oriun-
 tur, quæ quando in *corruptionem* ruunt, *offibus* vicinis *ca-*
riem inducunt: de reliquo ſucceſſivè hæc ſubjecta non mo-
 do *impaleſcunt*, ſed & *emarceſcunt* & ad futuros *graviores*
 morbos disponuntur: denique ejuſmodi ætatis homini-
 bus *atrofici* & futuri etiam *hectici* morbi non infrequen-
 tes ſunt, ut ſub macie illa & *mira* moruum vitalium *per-*
turbatione admirando nonnunquam *morbo*, qui ſatis ſæpe
frustra *fascinationibus* adſcribitur, extinguantur.

§. V.

Dum *morbos* cum ſuis *cauſis* hætenus recenſuimus, qui
 illis imminere ſolent, qui mineris *ſeparandis*, *eluenſis* ac
abluenſis operam adhibent, mox hoc ordine ſubjungere
 placet, quomodo hæ *cauſæ* morbificæ *tractari* debeant, ne
 tam *precipitem* tamque *enormem* & eminentem efficaciam
 exferant: non parum itaque utilitatis promitter, ſi tales
 operationes in locis ſufficienter *ſpacioſis* adminiſtrantur,
 quo *ſabuloſæ* illæ inquinatioes & diſperſiones loco *con-*
gruo gaudeant, ne tam ſubito neve tanta quantitate *inſpi-*
rentur & ingerantur, quid quod *commodius* fuerit, ſi pro
 occaſionis & temporis ratione fieri poterit, quo ſub *libe-*
rioris auræ acceſſu talia negotia exerceantur, ut ita *expira-*
tiones tales efficacius diſpergantur: alias ſi in loco *angusti-*
ori ſub *majori* hominum confluxu talia officia peraguntur,
 tunc eo citius morbi tales invitantur: porro convenit, quo
 ejuſmodi ſubjectis ſubveniatur cum cibis *diluentibus*, *leni-*
entibus, involventibus, excretionem *alvinam* promoven-
 tibus & *expectorationem* adjuvantibus, velut decoctis & juſ-
 culis *hordeaceis*, liquidius farinaceis, avenaceis, cereviſia-
 riis cum ovis mixtis, gelatinofis, mediocriter *pinguibus*,
 non *ſpiſſis*, tenacibus & *crasſius* pultaceis, ſed magis *fluidis*:
 &

& quamvis alia hujus conditionis diæterica ipsi conductant, tamen quia in majori pretio posita sunt, neque pro hisce subjectis facile aut constanter comparari possunt, propterea prædicta *simpliciora* satisfaciunt: sunt vero alia talia juscula *caruosa* & *gallinacea*, gelatinæ: interim ex oryza parata, nec non liquidiora pulpamenta farinacea cum sufficiente pinguedine mixta pro eodem scopo admitti possunt: singula enim talia *lenissima* præservant partes, ne hæc *subulosa* recrementa illas offendant, quidquod *leniunt* vias, quo eo citius tales *impura* materiæ *abstergi* & evacuari possint: conferunt etiam decocta ex cichorio, apio, bardana, scorzonera, taraxaco, hordeo &c. parata, quales species priores, si viliori pretio commode parari possunt, eundem effectum habent: præterea conducit *frequentiior* usus *busyri* cum ruta, alio, cepis, porro &c. mixti, quo necessaria *expectoratio* promoveatur: huc spectant juscula & alimenta alia cum chærefolio, salvia, baccis lauri conjuncta, ut & decocta ex cichorio, liquiritia, apio, ir. flor. veronic. matrisylv. chærefol. scord. tussilag. hepat. nob. sem. carv. bacc. laur. junip. sem. anis. foenic. parata & interdum oblata, semina talia in substantia comesta, aut cibi cum ejusmodi speciebus combinati: quo *simplicius* itaque talia adminicula adhibentur, eo melius & sincerius juvant: nocent vero vicissim cibi *duriores*, casei, lactinia quæ facile in caseosam *spissitudinem* in ventriculo abeunt & obstructions primarum regionum causantur: nocet *panis* vel nimis *crassus* crudus vel nimis *recens*: nocent cibi alii *spissiora* recrementa suppeditantes, *leguminosi* & fructus acidi ac multam *flatulentiam* generantes: nocent valde salita, acescentia, suspecte fermentescentia, incrassantia, quæ singula primis viis & officiis *secretoriis*, *preparatoriis* & *excretoriis* sunt infensa: præterea proficuum erit, quo caput cum *velamento reticulari* sine Flor. Kappe, prout hisce negotiis competit, imprimis os & nares muniantur, ne tam *libere* &

& copiose fabulosa illa expirationes attrahantur & ingerantur & quoties hæc pulverulenta materia poros talium velamentorum obstruit, toties in commodum sanitatis tantum temporis impendere decet, quo adhærens talis pulvis excutitur, qui levis & brevis labor tamen multum adjumenti promittit, qualis mos illis qui æstuariis purgandis dediti sunt, admodum utilis existit: omnium maxime vero confert, quo *alvus* constanter aperta sit, unde illam vel cum *diæreticis* adminiculis adjuvare, vel cum *pharmaceuticis* interdum liberare decet; nocent vero *acria* resinosa, drastica & *mercurialia*: profunt *extrinsecus* *l. nimenta* oleosa cum oleis domesticis aut butyro simpliciter conficienda: *interne* olea lenientia maxime amygdalarum dulcium, olivarum: neque male *clysteres oleosi* emollientes conducunt: deinde conferunt rhabarbarina, polypodiata, mannata, tamarindinata, ex rosis, passulis & prunis parata, magnesia alba, pulvis ex oc. 69. citrae. arcan. tartar. & pauxillo diagrydii: decocta è cerevisia, butyro non salito, sem. carv. passulis; qualis *Laxatio* singulis mensibus instituta, admodum fructuosa erit: in subjectis paulo *robustioribus* modesta *emesis* etiam aliquando provocetur, ad quam provocandam in hac ætate magis lenientia oleosa, quam *stimulantia* communia profunt: denique sufficiens *interna* humorum attenuatio & *fluidificatio* promoveatur & necessaria *transpiratio* ab omni impedimento arceatur; ob id salubre etiam erit, quo interdum sed non nimis frequenter ejusmodi subjecta in *balneo*, minime vero frigidum ducaatur, qualis *modestus* balneorum usus variis effectibus proficius erit.

§. VI.

Nunc ad illos accedamus, qui mineris *effodiendis* & è loco suo separandis non sènem Ort abzubrechen oder zu gewinnen, deinde vero cum pabone aut alio curru tractili ad *ingressum* metallifodinæ è viis subterraneis transferendis,

C

dis, die Erde von seinem Ort aus denen Stollen zum Schicht zu bringen, operam dant, wann man das Erz an den Hüllort setzet, aut qui mineras è fodinis suis protractas è suis vasis projiciunt, die das Erz stürzen und auffstaubern, qui singuli multis incommodis & vitæ periculis obnoxii sunt: & ne de illis periculis verba faciamus, quæ è causa *violenta* ortum trahere possunt, ita maneamus in *consuetis* & inevitabilibus nocementis: illi itaque qui in *intimis* fodinæ locis am Ort oder Feld-Ort treiben, mineras *effidunt* in dem Stollen, multa experiuntur incommoda: videlicet insignem *pulverulentam* dispersionem & inquisitionem, daß man sie kaum vor Staub kan arbeiten sehen, deinde *puri* & sufficientis aëris *privationem*, quidquod interdum *malignorum* halituum & *effluviorum* eruptionem, quibus ultimis dissipandis & discutiendis das böse Wetter aus den Stollen durch den Windschacht zu treiben, & *puri* aere communicando reine Luft durch die Wetter-Lotten einzuleiten cura habenda est: reliqui perinde similibus noxiis causis & circumstantiis exponuntur, adeoque *iisdem morbis* subjiciuntur: quo adhuc referri meretur illa *peculiaris* conditio *fodinarum* minerarum, quando in *intimiores* fodinarum tractus *aquæ* subterraneæ affluunt, aut ex *parietibus* montosis transtillant aus den Rüssften & successive *vitriolico-limosum* sedimentum projiciunt Letten und Sinter, quales aquæ copiosius collectæ vel in alios *tractus* aquiferos in Wasser-Stollen, vel *penitus* ex *orificio* ingressus in fodinam aus den Mundloch des Schachts educendæ sunt, inde contingit, ut operarii aliquando cum *pedibus*, aliquando cum dimidio corpore per aliquod tempus in tali aqua versari & negotia sua tractare teneantur, à qua causa propterea iterum *peculiares* morbi proficiscuntur, qui eapropter *peculiarem* præservationem requirunt: quare *natu majores* tales Metallicolæ ab *intra* & *extra* variis modis affliguntur & ad diversas ægrotationes evidenti ratione disponuntur; quo

accedunt illi *vehementes & operosi* corporis motus, qui sub *effossione*, tractione & protractione mineralium exercentur & qui perinde ad nonnullos morbos contribuunt, aut alios imminentes effectus *exacerbant & accelerant*: sicut illa *tractio* illius *machinae*, quam vocant den Hund, oder den Hund schleppen, quæ tractio in nonnullis fodinis, ubi *tractus* subterranei valde *depressi & humiles* sunt, familiaris est & interdum à pueris *repensibus* perficitur, peculiaribus damnis ansam præbet; licet etiam alibi tale vehiculum ad *majorem* mineræ quantitatem transferendam & à *distito* loco effossionis ad *orificium* fodinæ aus den weitesten Stollen das Erz zum Treibe-Schacht führend promovendam, adhibeatur; interim *prior* tractionis modus, nempe die Knaben liegend und kriegend auff einer Seite müssen den Hund schleppen, æque aptus est, quo *certas morbidas* afflictiones invitet.

§. VII.

Nunc eo nobis transeundum est, quo *morbos hisce Metallicolis* familiares cum suis *causis & præcipuis effectibus & eventibus* commemoremus: cum itaque illi, qui in *intimioribus* fodinæ tractibus negotia sua tractant, non modo multam *pulverulentam mineralem* substantiam intra *nares, pulmones & ventriculum* excipiant & assument, sed & *airè* admodum *inquinato & squalido* fruuntur, insuper *vappidæ, olidæ, turbulentiæ, fuliginosæ lampadum* expirationes ingerant, hinc variis *harum regionum* afflictionibus morbidis exponuntur, maxime quidem *Respirationis* incommodis, asthmaticis calamitatibus, ex quibus ille *asthmaticus humorosus* affectus eminet, quem nominant den Dampff; hisce annumerari possunt *pertinaces & rebelles tusses*, *comminationes suffocative*, *molimina hæmoptica*, *grumulorum sanguinolentorum* cum reliquo *mauco* combinatorum expectorationes, *oppleciones* pectoris *humorose* cum *defectu* expectorationis necessariæ conjunctæ, *catarrhi suffocativi*, asthma interdum *spasticum, phthi-*

sis, vomica aliique *scirrhi*, pulmonum, *concretio* pulmonum cum pleura, *polypi cordis*: aliquando sub *gravioribus* pectoris commotionibus *actuales* hæmoptyses cum consequente *phibisi* superveniunt, aut plane *hydrops pectoris* excipit, ita ut *variis pectoris* incommodis ejusmodi subiecta exposita sint, quæ singula à prædicta *respirationis alteratione* ortum trahunt, dum tanta copia ejusmodi pulverulentæ *impuritates* ingeruntur, quæ partim pulmones *obstruunt*, partim *vellitant* & *affluxum* copiosorem humorum eo convocant, partim *liberum transitum* & ordinarium *progressum sanguinis* per pulmones impediunt: hinc illæ *oppleiones* & *secessiones*, quidquod conjuncti *infarctus* & consequentes *corruptiones* oriuntur: proinde varii *confusi* motus in *confiniis* pectoris contingunt, qui vel ab *impedita* illa *respiratione* dependent, vel ad *repurgandum* pectus *directi* & *destinati* sunt: sed quoniam hæc alteratio pectoris tam *eximia* & *quotidiana* est, ita in hoc *respirationis* negotio natura *graviter* turbatur & ad varias *confusus* actiones invitatur aut *seducitur*, donec tandem vel ob *fastidium* motus *respirationis* *omittatur* & catarrhus *suffocativus* consequatur, vel ob *nimiam devastationem* & *destructionem organi* idem *respirationis* motus *cesset*: proinde *fuliginose* & *frigide* *inspiraciones* in cuniculis *subterraneis* succedentes ad *gravem* & *repentinam atoniam* partium *respirationis* functioni dicatarum contribuunt: hinc pulmonum *texture* *flaccescit* & hac ratione variis *oppleionibus* & *stofibus* *obnoxia* redditur; deinde *caput* cum eadem *pulverulenta* materia sub *minerarum effossione* *inspirata* varia *incommoda* parit, inde oriuntur *veriginose* *perturbationes*, *narium obstructions*, affectus *catarrhales* capitis sed *ægrius* fluentes, aut magis cum *molestis oppleionibus* conjuncti, vicia *sensuum visus* & *auditus* & denique ex eadem causa *paralytici* affectus, quoniam *nervose* tales *capitis* partes à prædictis *impuris inspirationibus* *graviter* *offenduntur* & *enervantur*, ut tandem talis *motuum abolitio*

io confequatur: quando ab *extra* multum *frigus* & *frigiditas* illa *aqua subterranea* vitriolica lufosa corpus offendit, tunc in partibus *tendinofis* oriuntur *contracturæ* & *aridurae*, in *mufculofis* vero *relaxationes*, *œdemata*, *atonie* & *paralyfes*: præterea *pulvis* ille *minerarum* intra *ventriculum* penetrat & illic *eosdem* effectus producit in *adultioribus*; quales in *præcedentibus* de *junioribus* commemorati funt: ex illis recenſendi funt *cardialgia*, *vitia concoctionis* conatus *vomibundi*, *ructus* adverſiffimi, *torſiones* dolorificæ *ventriculi*, *indurationes* *hypochondriorum*, *retentiones flatuum*, *obſtructiones* & *exſiccationes alvi*, *colicæ convulſivæ* (uti ſimiles affectus enarravit & explicavit DD. *Præſes in Præxi ſua extemporanea Caſu. 12. de noxa è Vaporibus inimicis*) *obſtructiones glandularum meſeraicarum*; *hepatis*, *lienis*, *diverſi* horum *viſcerum* alii affectus, *iſterus niger*, *hectica*, *hydrops*, quin ipſe *ſcorbutus*: quippe qui affectus oriuntur tam à *diverſa humorum inquinatio*, quam *multiplici organorum ſe & excretoriorum inſarctu*, ut & ab *humorum nimia incræſſatione*, *aliarum viarum exſiccatione* ac *conſtrictione*, denique etiam à *variorum anomalorum motuum*, tum *excretiones* certas, tum *promotiones* *diverſarum materiarum concernentium*, *provocatione*: *eventus* denique talium morborum ut plurimum funt *funefi* & *conſiſtunt* vel in aliqua *actuali corruptione*, vel in *humorum extravafatione*, vel *viſcerum obſtructione* & *ſcirrhoſo inſarctu* vel *motuum abolitione*, ſicut ex ſingulis talibus morbis, quibus ſuccumbunt & pereunt hujus fortis *Metallicolæ*, præcipue *phthiſis*, *hydrops*, *hectica*, *paralyſes*, *cæcarrhus ſuffocativus* nominandi funt: *pueri* vero illi qui *vehiculum* illud *deu Hund* *rependo* trahere tenentur, *mature* in illo *inprimis latere*, cum quo frequentius *tractionem* talem exercent vel *paralyſin*, vel *contracturam* vel *ariduram* experiuntur: de ſingulis denique prædictis morbis notandum, quod ut plurimum *corruptum ſchema conſtitu-*

ruant, ac alii quidem homines, qui simili specie morborum correpti sunt, attamen metallicis operationibus haud incumbunt, non experiuntur: unde etiam evenit, ut ob excretionum *salutarium* & *ordinariorum perturbationem*, *imminutionem* aut *suppressionem* præter prædictos morbos variae *cacoehymiae* species ingruant, siquidem ipsa *scorbuto* æqualis inquinatio *Metallicolis* talibus non *infrequens* est, dum ab *extra* à *pulverulento* illo inquamto *pore cutis* obstruuntur & necessaria *transpiratio* feri *acrioris* opprimitur, ab *intra* humores *incrassantur*, reliquæ excretionum species *difficiliter* & *insufficienter* continuantur, *serum* vero *accumulatur* & ex *viliori* victu variae *alie impuritates* coacervantur: quare talis *dyscrasia* humorum & reliqui corporis inquinatio *vix evitari* potest.

§. VIII.

Et ita nunc, quantum fieri potuit brevitate, morbos horum *Metallicolarum* cum suis causis recensuimus, quare in ordine significabimus, quomodo ejusmodi morbi *preservari* debeant: hæc *preservatio* iterum partim *in salutaribus consiliis* partim in *bonis & securis auxiliis* consistit: deinde nonnulla erunt *disuadenda*, aliqua *vicissim ordinanda & commendanda*: *nocent* itaque in tali *Metallicolarum* statu & negotio nimis *impetuose & excessivæ* evacuationes, *quomodocunque* provocatæ, quæ dum *nimum enervant* & *viscera* æque ac *humores* vade *commovent*, ita sub prædicto *Metallicolarum* statu facile *totam œconomiam* vitalem invertunt: *nocent alimenta & potulenta* nimis *spissa, cruda & qualicunque* ratione *primis regionibus* infensa: hinc fructus horrei *copiosius & sæpius* ingesti, quia *excretionibus alvinis* admodum *turbant*, perquam *sanitati metallicolarum* præjudicant: *nocent* etiam omnia *adstringentia & incrassantia* quæcunque *sub diæta* alias hujus conditionis *subjecta* occurrunt: *nocent* valde & *copiosa acida & austera* & quæcunque *salina* ad *coagulandos* humores &

im-

Impediendas *excretiones* apta sunt: *nocent spirituosas*, quemadmodum ipse *frequens ardentis spiritus* usus, prout quidem alias hujus fortis hominibus in *excessu* familiaris esse solet, *nocivus* est: *medico* tamen usu *interdum* adhibitus aliquam *opem* promittit: per hunc *medicam* usum vero intelligimus, ne sit *quotidianus* neve *multus*, sed *interdum* post cibum aut *mane* ingestus, ubi concoctionem adjuvat & *excretiones* leniter promovet: in *ficciorebus* & *strictiorebus* naturis vicissim *largior* illius ingestio plurimos ex *prædictis morbis* invitat, accelerat & confirmat: *nocent* porro *lacticinia*, quæ facile *caseosam* crassitiam induunt & ad varias afflictiones *cardialgicas*, *colicas* aut ad *obstructiones* *alvi* & reliquarum primarum regionum, nec non ad *concoctionis* vitia facile disponunt: *nocent pinguedines* facile *rancescentes* & *fermentantes*, velut *suille* & *vervecine*, quæ perinde multas *turbas* causantur in primis regionibus, quoniam cum *recrementis* illis in primis regionibus hærentibus *salinis*, terreis, metallicis, nec non cum *saburra* & reliquiis *impurorum* ciborum, ut & cum affluente *bile* iniquè & adverse *confermentant* & non modo ipsas *primas* regionem molestant, sed & variis pravis & *impuris succis* generandis & *massæ sanguineæ* magis *inquinandæ* causam præbent: *nocet* copiosus & liberalis *fumi tabaci* usus, qui in subjectis *ficciorebus* & ubi tanta *pulverulentæ* substantiæ copia ingeritur, sub concursu copiosioris *excretionis* *humide* magis *exsiccat* & *obstructiones* auget, quare usus hujus herbæ debet esse *modicus* & magis *medicus*, quam *communis*: *nocent* omnia illa subjecta quæ aliquam *narcosin* conciliant, qualia magis functiones ad *vitam* & *sanitatem* spectantes destruant atque *corrumpunt*, præcipuè vero *excretiones* necessarias *confundunt* & *sufflamant*: *nocet* *defectivus* *potulentorum* usus, qui sub reliqua *interna* corporis *exsiccatione* ad *dyscrasiam*, *obstructiones* viscerum & *excretionum* turbas disponit: *nocet* omnis *intemperantia* quoad
victum

victum & potum, per quam magis ordo vitalis turbatur & prædicti morbi citius in vitantur, quare rectius Metallicolæ temperantiæ studere debent: nocent ingestiones frigidorum quæ incrassationibus fovendis, augendis & conciliandis, nec non obstructionibus inferendis & evacuationibus turbandis admodum quadrant, & ita denique etiam multum externum frigus sua nocumenta affert.

§. IX.

Quæ vero in *Preservatoria* tali methodo *positivè* juvant proxime notandum erit: ante omnia vero optandum esset, quo Metallicolæ *convenienter* & *constanter* *preservari* possint à *pulverulenti* illius inquinamenti *copiosa inspiratione*, quod vero magis *operandum*, quam *imperandum* est: interim aliquale emolumentum afferre possit, si *caput præmunitur* & *cingeretur* cum *vitta reticulari*, qua cum *liber* accessus *pulverulentæ* substantiæ *averti* debet, & ne *pore* illius *obstruantur*, intererit *repetita excussione* obstructos *poros reserare*: proinde sanitati talium Metallicolarum *consuli* poterit, si illi qui in *inimis* cuniculis *mineris effodiendis* operam dant, inter se *frequentius* alternent, ne *nimis diu* in ejusmodi tractibus operentur, sed *frequentius* alternante aura *liberiori* fruantur: ast quoniam non semper ejusmodi consiliis *obtemperandi occasio* suppetit & homines ut plurimum *antiquis* moribus & *consuetudinibus* indulgent, sic bleiben bey ihren alten hergebrachten Gewohnheiten, hinc in *subsidiis* *alia consilia* & *auxilia* subministrare debent: quod itaque *dietam* attinet, tunc sub illa *eximiam* utilitatem habent *liquida*, *diluentia*, maxime vero *juscula* *cerevisiaria*, *avenacea*, *hordeacea*, *fluida farinacea*, *carnosa* *divine Brûhen und Suppen*, *decocta* *talia culinaria*, nec non *infusa* *calida* *ex veronica*, *scordio*, *chærefolio*, *tusiflagine*, *hepat. nobili*, *liquiritia*, *sceniculo*, *carvo* &c. *parata*: eodem usu *proficiunt* *ova forbilia* cum *butyro mixta*, *cerevisia* *calida* cum
bu-

butyro, aut oleo olivarum combinata, ipsum oleum olivarum ita simpliciter ingestum: & hæc etiam *mane* assumpta, plus profunt, quam ullum aliud præservativum: & carnibus conducunt *juniorum* animalium carnes multa *lubrica*, tenui & fluida *gelatina* præditæ, cum contra carnes *vetustæ* *crassos* succos generent: de reliquo Metallicolis *fluida* magis profunt, quam *solida*, quæ priora semper impuritates *absurgunt*, vias *humectant* & *evacuaciones* promouent: porro adminicula ex rad. cichorei, apii, bardan. scorzohere, taraxac. liquirit. hordeo, avena, oryza eandem utilitatem promittunt: *sanguinis* missiones artificiales Metallicolis ob *graves* & *duros* labores, ut & ob *vilem* victum, non conveniunt, *rarius* enim Metallicolæ *plethora* laborant: proinde sub diæta conferunt passulæ majores & minores, ut & pruna cocta: acetaria vero nocent: *lene vomitorium* bis per annum exhibitum proficuum esse deprehenditur; præstat vero præ antimoniatibus emeticis rad. *Asari* & *Squille*, quæ *colliquante* & potentius *resolvente* effectum laburam alterant & vias *obstructas* aut nimia spissâ impuritate obfessas *reserant*: interim hoc loco probe reminiscimur, quomodo metallicolarum naturæ ut plurimum admodum *insensiles* & *duræ* existant, hinc *cautela* etiam opus, ne metallicolis *talia* emetica & cathartica offerantur, quæ *sine ullo effectu* corpus magis *molestant*: quare tantum à *nimis vehementibus*, prodigis, simultaneis & valde frequentibus evacuationibus dehortamur: quando itaque *naturæ* metallicolarum admittunt, *non penitus* antimoniatibus rejicimus, quemadmodum aliquando talia subjecta *efficaciorum* stimulum catharticam perferunt, imo postulant: quidquod interdum *antimonium crudum* cum fructu usurpatur: quicquid interim *sine impetu* artifex committere & *leniori* via perficere potest, id omnino *aliis methodis* & conatibus præferri meretur, non minus illis, qui in *Scorbutum* propendunt usu emetico decoctum *Sedimurarii* ad commendationem *Bellorvi A. N. C. dec. l. an. 6. & 7. obs. 22.* fructuosum esse significamus: quando vero in nonnullis *sensibilioribus* & evemetis per *largior. m. olei* olivarum vel amygdalarum dulcium ingestionem *vomitibus* provocari potest, tunc *hic modus* æque proficuum est: *salis*

D

com.

communis usus sub diæta sit *sufficiens*, non vero *prodigus*, ille enim *adjuvat concoctionem* & primarum regionum *absterfionem*: deinde usu *resolvente* & primas vias repurgante atque abstergente, nec non *spissos humores colliquante* & *excretionibus* adjuvante effectu profunt, Cepæ, Piper, Zingiber, Arum, Allium, Porrum, Rhaphanacea, Petroselinum, Fœniculum, Armoracia, Synapi: præter hæc *abovs* in iusto succeffu conseruetur, aut interdum *leni* aut efficaci *laxatione* admoneatur; cavendo ne nimis *potentia* evacuantia feligantur; præstant sub decoctis tamarindinata, rhabarbarina nec non erosis, passulis, prunis feligenda adminicula; admitti possunt *correcta* scammoniata, ex G. ammoniaco & agarico temperata, magnesia alba, sal mirabile, tartarifata: deinde nonnulla *pectoris absterfioni* inservientia conferunt, velut prædicta *lenientia* diluentia, oleosa, infusa calida è cichorio, china, liquiritia, taraxaco, bardana, herb. veronic. scord. chærefol. tussilag. hepat. nob. cuseut. flor. chamom. sambuc. sem. fœnic. bacc. junip. lign. Sassafr. Cinnam. passul. Major. caricis pinguib. & exiguo croci orient. facta; huc spectat usus *oleorum lenientium internus*, radice Ari, aut pulvis ex oc. 69. citr. rad. ari, & exiguis granis florum sulphuris antimonii, aut sulphuris antimoni bene edulcorati: interdum exhibeatur ad præoccupandas *commotiones spasticas* pulvis ex oc. 69. citrat. antimon. diaph. & nitro depurato, aut pulvis ordinarius digestivus: non sine emolumento *Cacharilla* adhibetur ad præoccupandos vel *actuales* morbos vel morborum *acerbiores* gradus, sive exhibeatur in pulvere sive in Tinctura: aliquando conducit Tinctura hæc resolvens & roborans ex Ess. Ari, gentian. rubr. vincetox. cent. min. cacharilla, scordii, lign. Sassafr. & spir. sal. ammon. anifat. parata, *parca* quantitate, neque *nimis sepe* repetenda: interdum si ad manus est conducit cerevisia enulata; vini vsus uti quidem communiter metallicolis rarus est, ita non nisi ad effectum *nervinum* & *diureticum* tanquam *medicina* commendari potest: absit vero vinum *austerum* valde *recens* & admodum *sulphuratum*: aut enim *exacte* bonum & hoc in parca quantitate, aut nullum adhibeatur: est

est vero hoc consilium per se limitatum, cum metallicolis cum vino adeo generoso non tanta intercedat affinitas: præter hætenus commendata profunt etiam *repetita* vice adhibita *balnea* domestica ex aqua dulci parata, moderatè calida, cum speciebus vegetabilibus leniter *nervinis* conjuncta, quæ partim ad *reserandam* peripheriam corporis & *diaphoresin* invitandam conducunt, partim ad præoccupandam *contracturam* & *paralyfin* profunt, præcipue cum ejusmodi balneis jungantur herb. serpill. rorismar. fl. chamom. utriusque sambuc. acac. stæchad. arab. Ad præoccupandos *tumores dematosos* conferunt spirit. vin. camph. cum ess. croci, Spir. serpill. rorismar. mixtus, aut balneum vinosum, quo illæ partes tractandæ, quibus talis tumor *imminere* videtur, addendo nonnullas species *nervinas*, aut convenient species tales *nervinæ* in forma *sacculorum* siccorum calefactæ, partibus applicandæ, proinde etiam *modus* servandus est, ne tales partes nimis *frequentè* in prædictis aquis, quæ tales tumores causantur, decineantur: & ita etiam modo commendata remedia in *illo casu* maturè & *præservatorio* scopo usurpari debent, quando ex frequenti tractione subterranei illius *curriculi* deß. *Hunds*, *paralyfes* aut *contracture* imminet: non male etiam interdum *clysteres emollientes* & leniter *nervini* adhibentur, quando *primarum regionum* affectus diversi increbescere & insolescere observantur: *sternutatoria* potentiora & frequentius adhibita nocent, interim etiam præstat, quo excretio *è naribus* sine impedimento succedat, quo magis *lenientia*, quam stimulantia conducunt: *capiti* etiam interdum *simpliciora*, minus tamen concentratiora *nervina* applicata proficiunt: de reliquo *frequens variatio dietæ, regiminis, remedium* & *methodi præservatorie* facile vitam & sanitatem *desruere* adjuvat.

§. X.

Tertia nunc *Metallicolarum* classis sequitur, quorum *operationes* & ex hisce *provocatos morbos* prius commemorare lubet: hæ *operationes* consistunt in tractatione *minerarum sub igne* & *repergatione furnorum*: nonnulli itaque oc-

cupantur circa *ustulationem* & *cremationem* minerarum, quæ hæ per diversos ignis cremantis gradus partim à *crasso* & *superfluo* sulphure liberentur, partim quadantenus *relaxentur* & ad proximam *faciliorem* fusionem præparentur, qui processus succedit in *Höföfen*: deinde mineræ ulterius funduntur & transferuntur in furnum illum oblongum, quem vocant den *Höbösen*, proxime etiam præparatur cuprum, quod dicitur das *Schwarz-Kupffer*, quod adhuc a *superfluo* sulphure liberatur, mox cum *plumbo* impregnatur, quod vocant das *frischen*, inde placenta die *Frish-Stücke* in peculiari furno, quem nominant den *Seiger-Heerd*, ab hoc *plumbo* denuo *separantur*, cuprum *remanens* quod appellationem der *Rühnstöcke* nanciscitur, transfertur in furnum den *Darr-Offen* dictum, ut *intimius* à *plumbo* & *connexo* argento *separetur*, cuprum quod porro *remaret* & nomen der *Darrlinge* obtinuit, deponitur in illum furnum, quem nuncupant den *Garz-Heerd*: tandem excipit *separatio argenti à plumbo* in furno *separatorio* auff den *Treibheerd*; & proinde *plumbum exustum* quadantenus *reducitur* im *Stich-Offen*: exantlatis talibus & adhuc aliis laboribus, quales modo instar speciminis in *Cupri* tractatione recensere placuit, mox suscipiuntur *furnorum repurgationes*; hisce furnis sub metallorum diversa tractatione diversæ *accrescunt* & *adhaerescunt* materiae, *sulphureæ, metallicæ, arsenicales, cadmia fornacum* der *Offenbruch* concrementa *libergyriata* aliæque fuliginosa, quæ materiae dum ut *plurimum* à suis parietibus *cum vi* separari debent, ita varia *apostasmata* in *ramentis* & *pulvillis* dispergantur, & *diversis* corporis locis ac regionibus communicantur: quod si vero jam in *stiarum* minerarum fusiones introspicere & *conexas calamitates* observare animus nobis fuerit, tunc multæ *singulares* adhuc occurrent circumstantiæ, quas tamen hoc loco tam late percurrere non placet: brevibus interim significamus, quod mineræ *Saturnina* sub fusionem & *emisso fumo dulci* ex *pallido* *flavescente*, qui vocatur der *Hüttenrauch*, ad *peculiares* affectus disponant, uti mineræ *Antimonialis* sub fusionem & *sulphuream* & *regulinam* & interdum *conjunctam arsenicalem* substantiam emittentes, noxios suos effectus edere solent: pro-

proinde mineræ *Cinnabarina* igne tractatæ æque sua *peculiaris* damna afferunt, sed cum propositum nostrum non fuerit, in tam *generales* animadvertiones securrere & præsentem nostram tractationem *loco speciminis* pressius ad minerarum *Cuprearum* præparationem applicare constituerimus, in hisce circumstantiis acquiescemus: illud adhuc hoc loco annotamus, quomodo sub minerarum *fusionibus* adhuc singulares illæ alterationes obtineant, ut *repentina* nimis *exaltationis* corporis, quæ sub fusione accidit, *mutatio* cum *refrigeratione*, varia damna causetur, deinde ut frequens conspectus ignis *flammei*, maxime vero illius *repentinæ fulgurationis* sive *coruscationis* wann das Silber blühet dum *penitus* ab argento plumbum secessit, *visum* non parum alteret: uti *scintillule* igneæ *candefactæ* metallicæ sub fusione *disperse* & *oculos* & alias corporis partes in superficie comburunt & lædunt: exinde facile liquet, quam *multiplices* & *copiosæ* sint *causæ*, sub *qualibet* ferme *minerarum* & metallorum *tractatione* ad *diversos* morbos invitantes; ubi adhuc brevibus reminiscimur nimis *exaltationis* sub metallorum fusione & furnorum repurgatione procedentis, ubi furni nondum *penitus* refrigerati, dum purgantur, multa incommoda pariunt: ita separationes ex diversis fornacibus variorum concrementorum varia offendicula causantur: velut remotiones *nibili* aut *pompholygis* ex orificiis æque ac fummitatibus fornacum vom Gar-Heerd und Kupffer-Deffen.

§. XI.

Traditis hisce operationibus, quæ circa minerarum *fusiones* contingunt, nunc *morbos* cum suis *causis* & *eventibus* breviter commemorare placet, qui ex *iisdem* operationibus ortum trahere solent: sub *crematione* & *fusione* minerarum *magna* perquam copia *inspiratur* halitus *sulphureus*, nec non *arsenicus*, qui *pulmonibus* non modo infensus est, ut immoderatas *congestiones* ad pectus convocet & suspectis *oppletionibus* pulmonum ansam præbeat, unde *asthmatici*, *tussiculosi* affectus, *oppressiones* respirationis, *sicca* tussis, aut interdum *spastica* pectoris afflictiones generantur, cum consequente metu *suffocationis*, sed & *intimus humoribus* aliisque partibus se infi-

nuat: in *pulmonibus* quidem cum tempore æque *phibis* & *vomica pulmonum*, in *corde* vero *polyposa* concrementa oriuntur, ut superveniente *corrupto* morbi schemate, aut *hectica* misere homines pereant: in *sanguine* inspirata & ingesta talia *miasmata sulphureo arsenicalia* causantur molestos *orgasmos* & consequentes *contumaces spasmos*, inde oriuntur affectus *vagi arthritici*, *nephritici*, aliaque *corrupta* & *confusa* spasmodorum schemata, qualia propter *miros* suos effectus aliquando plane *incantamenti* accensentur: *similitor* ægrotatio ex hac causa oritur, tunc superveniunt insignes *torpores* in membris cum *conjuncto stupore*: idem etiam contingit ex inspirato halitu *saturnino*, quemadmodum *saturnina* inquinamenta cum aliis *sulphureis* miasmaticibus *conjuncta nervosis* partibus valde *inimica* sunt, hinc *vehementes spasmi* consequuntur, qui facile in *extremum* gradum degenerant: inde innotuit illa *spasmodica calamitas*, quæ peculiari nomine die *Hütten-Raze* significatur: & tales *spastici cruciatus* ob suam *contumaciam* facile degenerant in *contracturam*, *ariduram* aut in nonnullis in *paralyfin*: aut in aliis subjectis *vehementes* tales *spasmos* excipiunt *stupores* & ob *conjunctam* privationem legitimæ *distributionis alimentosarum* materialium denique perfecta *aridura* consequitur; & sicut *spasmodicum indoles* est, ita tanto magis in *Metallicolis* in *refræctarium* & *contumacem* statum degenerant, quoniam per ejusmodi *crassas* & *quotidianas* causas provocati sunt: neque mirum esse potest, cur tandem tales *contumaces* *spasmos* plenaria *paralyfis* excipiat, dum *nimis* motibus & doloribus *defatigata* natura, deniq; in aliquo loco *ordinarios* motus amittit: præterea hæc *effluvia* & hi *halitus sulphurei minerales* & *saturnini* seorsum nominandi in *ventriculum* delati variis *damnis* anam præbent, veluti *cardialgiis*, *conaribus vomendi*, *appetitus* & *concoctionis* vitii, *torisionibus* *ventriculi*, *cephalalgiiis* & *vertiginosis* *perturbationibus* ex *ventriculo* *provenientibus*, *ructibus*, quæ materia in *ventriculo* partes inique *stimulando* & *succos* atque *concoctionem* *corrumpendo*, tandem ad ejusmodi *excretorios* conatus alliciunt: quando vero *inimius* in *intestina* tales *materiae* *promotæ* sunt, tunc ad *vehementissimos collicos cruciatus* *alvi* & *religuarum* *primarum regionum suspectas adstrictiones*, *infarctus* & *scirrhos* *viscerum* *abdominis*, *icterum*, *sc* & *excretionum turbas*, *hecticam*, *scorbutum*, *cachexiam* *disponunt*; in nonnullis *suppressiones urine*, *induratio* *abdominis*, *cardialgia* *synoptica*, *ædemas*, *febres lentæ*, *atrophia* &c. oriuntur: quid noxæ ejusmodi *halitus capiti* afferant, perinde liquet, dum consequuntur *cephalalgici*, *hemigranici*, *vertiginosi* affectus, interdum etiam *imbecil-*

*becillitates rationis & memorie: maxime quidem halitus mercuriales & saturnini, nervosis partibus infensissimi, ad spasmodicos, convulsivos, febriales & viscidissimos affectus contri-
bunt: sub plerisque etiam prædictis operationibus non parum oculi affliguntur, unde variis oculorum affectus Metallicolas corripiunt, ut sunt lippitudo, unguis oculi, obscuratio visus: & cum tot
causæ coincidunt, quæquod quotidie contingant, ita evenit, ut tam contumaces
& tam copiose morbida calamitates corripiant, quæ indies novo additamen-
to incitata eo certius in corruptum morbi schema delabuntur: illud vero
denique adhuc notare convenit, quomodo sub ejusmodi operationibus, quæ
cum metallorum fusione, connexæ sunt, tales morbificæ causæ emergant, quæ
universum corpus, hujusque fluidas æque ac solidas partes invadunt & alterant,
ut propterea Metallicolæ, quocumque se vergant, mortem antefores expectantem
& insidias struentem conspiciant.*

§. XII.

Et ita brevibus adhuc de horum morborum Præservatione in fine præfentis tractationis agemus: optima vero illa est Præservatio, quando causæ ad hos morbos disponentes, parcius admittuntur, quod consilium tamen Metallicolæ difficilius exequi possunt, dum aut fame aut morbis succumbere debent, ne itaque præmatura morte extingvantur & fame pereant, periculosissimis laboribus se submittant: neque etiam circumstantiæ permittunt, quo Metallicolæ adeo medice & tam commode suis laboribus defungi possint, quæ præservatio ita instruenda erit, quomodo sub consuetis Metallicolarum negotiis locum invenire potest: qui metallis fundendis operam dant, curam habeant, quo taberna sive officina fusoria sufficienti transitu & accessu aëris gaudeat, quo halitus inimici sufficienter dissipentur, proinde ipsi Metallicolæ obferrent, ne ita negligenter & audacter maximo periculo se exponant, quo iidem haud coguntur, nisi ipsi ex oblivione sui ipsius sese eiusmodi damnis subjiciant, unde aliquandiu maximo fœori & exhalationum impetui se subtrahere debent, adeoque curam sui ipsius in negotiis administrandis habeant; ubi negandum non est, quod interdum Metallicolæ sine omni necessitate & ex immoderata quadam indole nocivis causis se submittant, deinde prospiciant, quantum fieri potest, ne transpirationem insensibilem admodum turbent & impedi-
ant: quin rectius convenit, quo hæc transpiratio non modo constanter libera sit, sed & quo paulo majori gradu continet, ut inspirata & ingestæ impuritates sufficienter excernantur: maxime vero caveant Metallicolæ, ne exhalationes saturninas, arsenicales & mercuriales negligentius inspirent, sed ab iisdem necessaria & possibilibus sollicitudine se subducant: porro confert, quo sufficienter humores diluant & potu temperato & fluido excretionem ordinaria facili-
tarent: confert propterea potus remissius nitrosus, qui diuresin faciliat, orgasmum sanguinis temperat, acres sensibilibus partium stimulus demulcet, spasmos imminentes præoccupat & excretionem alvinam adjuvat: defæctus vero potus necessarii nocet: absit tamen pro communi usu porus spirituosus & orgasmum sanguinis augens, sed potius seligatur temperatissimus: conferunt decocta gelatinosa & dilute mucilaginosæ, nec non juscula harum qualitatum, quæ leniente sua efficacia præservant partes fluidas & solidas, adeoque mi-
nuta sulphureorum aliorumque invasiones & stimulationes quantisper a-

VEE-

vertunt : *oleosorum* usus temperatus perinde proficius est , qui præcipue *primas regiones* præservat : ne hæc effluvia *inimica* , illas offendant ; hinc cerevisia cum butyro mixta autcum oleo impregnata bis per diem hausta non parum , sed tantum , quantum propter hoc vitæ genus potest præservat : habent etiam ova forbilta suum usum non contemnendum , ut & decoctum cichorci , hordei , avenæ , raparum , liquiritiæ ; *largior* comestio butyri non nimium saluti , *juscula carnium* , decocta herbarum *emollientium* , ut & chærefol. scord. tusilag. veronic. hepat. nobil. flor. sambuc. chamom. vulg. non parum ad varia damna Metallicolis imminencia avertenda quadrant : Myrrha , crocata , acria , resinosa , *volatilia* , spirituoosa , *concentrata* , fugienda ; hæc enim *dissolutionem* sanguinis magis augent , quam avertunt & *suspectas organicas* commotiones excitant ; hinc *theriacalium* usus *parvus* & prudens & opportunus sit : herba *Scordii* interim præ aliis in substratis casibus vim habet *putredini* resistentem : quare ad expellendum *virus minerale* loco formularum concentratarum & *miscellanearum* compositionum theriacalium , profunt *decocta* ex rad. Cichor. Schorzon. chin. liquirit. apii , bardan. tarra. herb. scord. fumar. veron. chæref. flor. chamom. vulg. sambuc. scabios. C. C. rasp. passul. maj. & min. cort. Citr. & cinnam. paratas conferunt pulveres ex cor. cancr. citr. corall. rubr. ppt. antimon. diaph. & nitr. depur. aut lap. prunellæ : proficiunt *gelatine* domesticæ ex auribus & auribus suillis & vitulinis cum passulis , citro & cinnam. factæ : adhibeantur *balnea domestica* ex aqua dulci , mixta cum flor. acac. sambuc. scabios. verbasc. chamom. utriusque , herb. serpill. abrotan. puleg. &c. *alvus* sit aperta & interdum *modica emesis* & *catharsis* instituat : non male in quibusdam *clysters emollientes* & *roborantes* usurpantur : sub *furnorum repurgatione* denique illi , qui furnorum repurgari non insudant , bene *muniant caput* , ne pulverulenta illa *apospasinata* , quæ disperguntur *copiosius* ingerant ; quo pertinent illa *velamina reticularia* , quibus totum caput circumdandum ; *oculorum* præservatio ita instituat , ne intensus visio ad *ignem* valde *flammarum* & *coruscantem* dirigatur , neve *fulgurantibus* ramentorum ex *scoriis* & *metallis* secedentium dispersionibus libere exponatur , sed assidue cum aptis *instrumentis* muniat : reliqua è præcedentibus applicanda & ad Metallicolarum in ultimis negotiis ; occupatorum morbos præservandos spectantia è prædictis nostris considerationibus seligenda & concilianda erunt : sed ne limites disputationis transcendamus , pedem hic figimus , divinæ clementiæ humillimas grates persolventes , quod præsentibus nostris conatibus adesse eosdemque ad exoptatum scopum promovere voluerit : quam adhuc devotissima mente veneramus & rogamus , quod hunc laborem sua benedictione excipiat & prosequatur , ut multorum Metallicolarum & animi & corporis commodum promoveat , nos etiam cum reliquis nostris sinceris conaminibus perpetua sua gratia beet atque complectatur , cui soli sit gloria in æternam.

CORRIGENDA.

P. 4. l. ult. l. inconstantiam. p. 10. l. 25. l. & de præsent. p. u. §. 3. l. 16. l. moriatur.



Vere ineunte suam qui presso vomere
terram
Solertique boum sollicitavit ope,
Et sub propenso solis cœlique favore
Fœcunda in cultam Semina misit hu-
mum ;

Ille ex frugiparis jam messem colligit arvis,
Quæ satis efferto luxuriatur agro,
Te quoque prudenter iuvat vernantibus annis
Phœbea mentem percolere arte tuam.
Fertilis ingenii gremio complexus es artem,
Doctrinisque domum pectora plena refers.
Jam tibi primitiæ veniunt, Neumannæ, laborum,
Primaque contingit gloria, primus honos.
Spes alit agricolas ; etiam te : præmia certe
Evenient studiis uberiora tuis,

*His clare docto Dn. Candidato ap-
plaudit & prosperrimos rerum
Successus benevole apprecatur*

Friedericus Hoffmannus,

)

NO-

NOBILISSIMO DOMINO
CANDIDATO.

S. P. D.
PRÆSES.

Quando honestos TUOS conatus Epistolio quodam
comitari cogito, mox mentem meam occupat dicteri-
um *Cassiodori Ep. 53. Non potest in mundo esse aliqua for-
tuna, quam non augeat gloriosa literarum notitia; cui effato
egregie annuit Socrates, dicens Unicum est bonum, scientia, in-
scitia malum unicum, conf. Seneca Ep. 32. Lipsius Philos. Swice
diss. 1. Lib. 2. Cicero Lib. 5. c. 2. de Finibus. Diog. Laertius Lib. 2.
ficut vero juxta Senecam Ep. 1. fastidientis stomachi est; multa
de gustare, quæ ubi varia sunt & diversa, non alunt, sed inqui-
nant, ita ad usitum & necessariorum scientiarum compara-
tionem iusto selectu opus est, ne multitudo rerum animam
confundat & iudicium corrumpat, quo valet, quod Demo-
critas ap. Stob. Serm. 111 profitetur: multi quamvis plurima di-
dicerint, mentem tamen non habent: multa enim in rebus scien-
tificis curiositas & insatiabilis seducit à veritate ad opinio-
nem; Scientia contra facit scire, opinio ignorare monente Hippo-
crate in Libr. de Lege: & ita vicissim vera & sincera scientia
regiam viam monstrat ad peritiam, quæ in pulchro illo ne-
xu atque connubio cum scientia omnibus commendanda,
quoniam eodem Hippocrate dicente l.c. Imperitia malus the-
saurus est & infelices opes his, qui eam possident: ita vicissim
literarum studium eximiis titulis laudatur à *Rejesio Camp. E-
lys. iuc. qu. 1. p. 25. Litteræ juvenibus sunt necessaria, senibus ju-
cunde, pauperibus opes suppeditant, opulentis adiungunt orna-
mentum, in rebus adversis solatio sunt, in secundis glorie, claro
genere natis splendorem augent, obscuro loco genitis claritatis
initium conciliant: Quicumque vero ad solidam scientiam &
veritatem pertingere laborant, illud Societatis Anglicanæ
symbolum probe observent: Nullius in verba aut Senecæ effa-*
ro*

to Ep. 9. auscultent, non verbis serviendam, sed sensibus: qui enim, juxta eundem Philosophum Ep. 12. in verba jurant, nec quid dicatur estimant, sed à quo, sciunt, quæ optima sunt, esse communia: neque etiam in veritate comprehendenda, externus rerum splendor, aut vana promissio, vel gloriofa ostentatio attendi debet, qui fucus ut plurimum omnem veram, utilem & ingenuam spem destituit, ut in fine illi, qui neque hominum, neque verborum, neque opinionum, neque autoritatum servi sunt, inveniant, quod deplorare tenentur: qui itaque maturius sapere malunt, auscultent monitum & Consilio Seneca Ep. 13. *Disjice & conculca ista quæ extrinsecus splendent, quæ tibi promittuntur ab alio, ad verum bonum specta & de tuo gaude*: Et hæc ipsa hodegia, sicuti omnes scientias attinet, ita merito ad Medicinam referenda est, quicunque enim sine scientia tantum è Praxi sapere malunt, non raro in illam cohortem incidunt, qui Empiricorum macula notantur: Quare vera Scientia conjungenda est cum prudenti Peritia; sicut vero illa non est unius hominis, ita nec hæc. TU Clarissime Candidate occasionem mihi dedisti, quo Tuo exemplo egregios illos conatus commendem, quos modo deprædicavi: non enim nostra tantum in hâc Academia hausisti, sed indefesso studio scripta variorum medicorum evolvisisti & ex iisdem multum in Medicina fructum comparasti: Posteaquam enim per aliquot annos inter nos commoratus es, abunde nobis comprobasti, qualis Te regat Spiritus; principali enim studio divinæ sapientiæ operam dedisti, & Timor Dei, qui Tua inhabitat præcordia, in omnem veritatem & viræ sinceritatem Te duxit: ita fieri aliter haud potuit, quin Tuus amor, quo in Altissimum indices inclaruisti & incaluisti, prosperrimos & exoptatissimos Tuorum studiorum progressus conciliaverit; & ita inter nos vixisti ingenuè, probe, tranquille, modeste, honestè & ut decet verum studiosum, dextre: per Deum hætenus liber & salvus fuisti ab omni vanitate, luxurie & ostentatione juvenili, & directioni Spiritus Sancti attentas aures & obsequiosum cor præbuisisti; Medico studio hætenus cum singulari & ex-

(2

tra-

traordinaria sane mentis applicatione incubuisti, ita ut aliquoties amico monito eximiam Tuam & animi æque ac corporis viribus præjudicantem industriam interpellare & compescere necesse judicaverim: sub tanto indefesso studio non modo in Philosophicis, sed & Medicis & Chirurgicis scientiis, usibus ac artificiis laudabiles per Dei gratiam acquisivisti profectus, quos ipsa re plus, quam speciosis verborum lenociniis demonstrabis; etenim dum in nostra Academia à singulis Collegii nostri membris saluberrima dogmata & sinceras manuductiones impetraisti & collegisti, ita tandem satis maturus ad Medicam & Chirurgicam Praxin nunc accedis, propterea in consuetis explorationibus & Examinibus tales nobis comprobasti profectus, quos merito approbamus & honoribus Doctoralibus dignos omnino judicamus, dum desiderii & tentaminibus nostris, promptis, modestis ac solidis responsionibus abunde satisfecisti. Utere itaque hisce promeritis honoribus sub perpetua benedictione divina, & perge coram Deo ambulare, & persiste in integritate: esto certus, Practicum Tuum exercitium felix & prosperum esse futurum, si in Timore Domini & sanctitate vitæ non modo permanes, sed etiam indies cresecis: equidem futuros Tuos honestos conatus pio voto prosequor: annuat iisdem divina benedictio, ac cum saluberrimo successu & eventu eosdem coronet beatque: adsistat Tibi benignissimus Deus lumine Spiritus Sancti, Teque omni necessaria sapientia instruat, & in omnem veritatem ducat ac in hac perpetuo Te conservet: augeat Tibi animi & corporis vires, & efficiat, quo omnia Tua conamina bene cedant; imo quicquid in hac vita obtingit, idem Ter optimus Maximus in Tuum commodum dirigat: Et ita surge & ambula; Angelus Domini protegat Te sub reditu in Patriam Tibique à dexteris semper adsistat, quo sine ulla offensione in omnibus Tuis negotiis procedas: donec tandem post exantlatos omnes labores in his terris, æterno gaudio & beatitudine fruaris: de reliquo Te Tuosque divinæ clementiæ sincero animo commendo Vale Dabam Halæ Magdeb. d. X. Calend. Septembr. A. O. R. MDCCXXI.
Ad

AD metam tendens, æstu, NEUMANNE, laboris
Exhausto, præbes optima signa nobis;
Hinc TIBI jam Laurum Phœbus promittit honoris
Et Pallas servat præmia iuxta TIBI.
Gratulor ex animo nec non TIBI gaudia testor
Inceptisque tuis prospera fata precor.

G. D. C. M. D. P. O.

Qu Er ist der beste Arzt, der alles kan curiren,
bey welchem Hülffe, Rath und Trost zu fin-
den ist?

* Ich bin der Herr, dein Arzt, der solches kan præ-
stiren,

Bey dem ein Patient umsonst die Cur genießt,
Wer ist wohl in der Welt von Medicis zu finden,
der nicht von diesem Herrn sein Pfund empfangen
hat?

** Schaffe Gott nicht selbst den Arzt die Kranken zu
verbinden?

*** Giebt er zu dessen Cur nicht Segen, Glück und
Rath?

Drum wohl wer Medicin in Gottesfurcht studiret,
Und bey dem höchsten Gult der Seelen Wohlseyn
sucht,

Der wird vor andern auch mit **** Ehr und Schmach
gezieret

Wenn Gott der Sünder thun verdammet und ver-
flucht.

Hoch-Edler! da dein Geist die Wahrheit eingesehen,
Wie soll nicht dein Bemühn vor andern glücklich seyn?
Du kanst als Doctor nun auf dem Catheder stehen
Und sammlest künftig hin des Fleißes Früchte ein.

Ich wünsche dir dazu viel tausendfachen Segen
Der Höchste sey mit Dir in allem deinen thun.
Er leit und führe Dich auf lauter Wohlfarths Wegen,
So kannst du stets vergnügt in Gottes Willen ruh'n.

* Exod. 15, 26. Ich bin der HErr dein Arzt.

** Sir 38 1 2. Ehre den Arzt mit gebührender Verehrung, daß
du ihn habest zur Noth, denn der HErr hat ihn geschaffen.

*** 1. c. v. 6. Und Er (der HErr) hat solche Gunst den Men-
schen gegeben, daß er geprieset werde in seinen Wunder-
thaten.

**** 1. c. v. 3. Die Kunst des Arztes erhöhet ihn und macht ihn
groß bey Fürsten und Herrn.

Diese wenigen doch herzlich gutgemeinte Zeilen
solte und wolte dem Hoch-Edlen Hrn. Can-
daten zu Ehren glückwünschend schreiben,

M. Georg Christoph Vopelius,
Diaconus Aulicus Quedlinb.

Auspicio fausto consumsit tempus in arte,
Sic vigilans studiis, Patriæ quo fructus & usus
Hinc veniat tantus, spes ut sit certa salutis.
His studiis merito summi referuntur honores,
Urpote qui semper curas comitantur honestas.
Non igitur multum miror Doctissime NEUMANN
Palladias artes lauro Tibi cingere frontem,
Dum præstas dignum præclara laude laborem,
Omnibus ostendens vero eonamine docto
Qua ratione Metallicus illesus teneatur.
Gratulor hinc merito Te sic fuisse labores,
Ægris ut possim faustum prædicere signum.
Efficiat Dominus praxi vigeas Pietatis,
Nec non in Medica fiam Tibi cuncta secunda,
Sic Medicus semper Felix per tempora vives.

Hæc in sincerum amicitie testi-
monium offerebat,

Theophylus Lyfthenius.

Weisheit kömmt von Gott sie ist der alten
Crone,
Die Jugend zieret sie, und stürzet selbst den
Neid,
Wer sie zur Freundin hat bekömmt das Glück zum
Lohne,
Und pranget mehr als Gold in Ehr und Herrlichkeit.

Sie ist der Weisen Stein drum kan sie Reichthum ge-
ben,
Die Weisheit dient zu dem was man verrichten soll,
Durch sie kan jedermann vergnügt und glücklich leben,
Dieweil sie ohne Grund und aller Schätze voll.

Die Weisheit hebt empor und kan bey Ehren halten,
Bey dem sie ganz allein die Oberherrschaft führt,
So kan sie auch den Leib fürtrefflich wohl verwalten
Wann man ihr gänglich folgt und thut was sich ge-
bühet.

Sie ist die Panaceé und kan den Sinn regieren,
Und zeigt dem Medico was wohl und übelsteht,
Sie machet alles leicht ja selbst den das studiren,
So daß die Jugend auch dem Alter selbst vergeht.

Die Weisheit bringet auch den Arzte zu hohen Ehren,
So daß ein jeder sich um dessen Rath befragt,
Ja er kan seinen Ruhm und Nahmen so vermehren,
So lang er diesen Schatz beständig bey sich trägt.

Drum hat Hoch-Edler nun dein Ziel auch zu getroffen,
Da du wie Gott gebeut die Weisheit nur gesuchst,
Du darfst hinfort nicht mehr auf ungewisses hoffen,
Dieweil du jederzeit die Eitelkeit verfluchst.

Ich

Ich gratulire dir in dem du Doctor worden,
Ich wünsche dir viel Glück zu deinen Weißheits-Kuß.
Die Weißheit ziere dich denn du trittst in den Orden,
Da man bey jedermann sehr weißlich hande In
muß.

Hiermit wolte dem Hoch-Eblen Hrn. Candi-
daten und werthgeschätzten Hrn. Contu-
bernali innigst gratuliren

dessen ergebenster
Joh. Georgius Wunderlich.

A Bditæ qui terra rimatur & æra superba
Terrigenis multum proficit arte sagax,
At causas penitus qui tentat Mystica latentes
Iste simul Musis perplacet atque probis:
Hinc Tibi gratandum merito, Doctissime NEUMANN
Qui fuga Casbalidum montis adire vales,
Nam genium studio Naturæ pandere tentas,
Sitque valens corpus pagina docta docet.
Hinc Phæbus Tibi laurea dat, dabit aurea tellus
Munera, & æternum nomen in orbe feres.

Ita honoribus bene promeritis Nobilis-
mi Dn. Candidati applaudere vo-
luit

D. G. Börner.



ULB Halle
003 133 117

3



Retro ✓





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

22 ⁴⁷ DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA, ²⁵⁰²
DE

PRÆSERVAN-
DIS METALLICOLA-
RUM MORBIS, 1721, 1d

QUAM
PROPITIO NUMINE DIVINO
ET
GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE

DN. D. MICHAELE ALBERTI,
POTENTISS. REGIS BORUSSIÆ CONSILIAR. AULICO, MEDI-
CINÆ ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ACA-
DEM. CÆSAR. NAT. CURIOS. COLLEGA,
FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECIATISSIMO,
PATRONO, PRÆCEPTORE AC PROMOTORE SUO
CUM HONORIS CULTU PROSEQUENDO,

PRO GRADU DOCTORALI,

Summisque in arte Medica Honoribus, Insignibus ac Privilegiis
More Majorum solenni obtinendis,

Horis ante & pomeridianis Die Aug. MDCCXXI.
Publicæ ventilationi submittet

JOHANNES GOTTLIEB NEUMANN,
FREYBERGA - MISNICUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1721.

